

TERTII REGI.

cepisti tibi. Hebreo more maius preponitri minori: nobis descendum esset in rectitudine cordis & in perfectione, ut oratio cresceret: & statuta mea & iudicia mea seruaueris. Firmabo solium regni tui super Irael in sempiternum: sicut locutus sum Dauidi patri tuo dicendo, non excidetur tibi vir de solio Irael. Si auertendo auersi fuctiu vos & filii vestri a me, & non custodieris praecepta mea & statuta mea quæ proposui vobis; sed abieritis & colyeritis deos alienos & adoraueritis eos. Excidam Irael de superficie terre quam dedicis, & domum quam sanctificauis nomini meo proiiciam à conspectu meo: et que Irael in proverbiu. vt dicatur, eueniat tibi sicut Ierusalem &c. & fabulam omnibus populi. hoc est in similitudinem fabulae in ore populorum: vt vide licet narretur in ocio seu delectatione quemadmodum narrantur fabulae. Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit iuxta eam stupebit & sibilabit, & dicet quare fecis dominus sic terra huic & domus huic? Et dicent: eo quod dereliquerunt dominum deum suum qui eduxit patres eorum de terra Aegypti, & fecerunt deos alienos & adorauerunt eos & coluerunt eos, idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc.

Expletis autem annis viginti postquam ædificauerat. Iuxta Hebrewum habetur. Et fuit à fine viginti annorum quibus ædificauit Salomo duas domos: domum domini & domum regis. Claram manifestatur viginti annos durasse ædificationes duarum domuum, videlicet Dei & regis. ita quod nō eodem tempore ædificabatur utraque domus: sed primis septem annis ædificatum est templum, tredecim autem sequentibus ædificata est domus regis. Et quia anno quarto incepit fabrica, consequens est quod vigesimus quartus annus regni Salomonis significatur dicendo à fine viginti annorum quibus ædificauit &c. Chiram rege Tyri præbente regi Salomonis ligna cedrina & abiegnæ & aurum. Nunc primum refert scriptura & rex Tyri dederit etiam aurum Salomonis: quo autem titulo dederit (an videlicet mutuo, an sicut ligna quæ superius vendita cōmemorantur, an honoris gratia) scrutandum est ex litera narrate circa hoc tria. subiungitur enim, iuxta omne quod opus habuerat. Iuxta Hebrewum tamen habetur. ad omnem voluntatem eius. proculdubio Salomonis. ex hoc enim quod ligna & aurum simul narrantur data Salomonis ad omnem voluntatem Salomonis, elicitur quod non dono, sed contractu inter eos initio data sunt hæc. & eo magis quod alterum subiungitur

CAPVT IX.

238

int̄ngitur: videlicet sive dedit Salomo Chiram viginti ciuitates in terra Ghalilæa. hoc est enim signum quod tanquam premium harum ciuitatum dederit rex Tyri aurum præter ligna. Nec obstat tertius: quod videlicet hebraica veritas in principio huius clausulæ habet. Chiram rex Tyri eleuauit Salomonem in lignis cedri & lignis abiegi & in auro. quoniam ipsa subiectio, eleuatio fuit Salomonis in suis fabricis. Sed quæstio oritur maior, an licuerit Salomoni dare viginti oppida Ghalilæa regi Tyri: sacrificium enim videtur sub dominio regis ethni ci dare populos sanctos & terræ diuinæ hereditatis: præser tam quod non necessitate coactus Salomon hoc fecit. Libenter excusarem Salomonem si scirem: sed nulla occurrit excusandi ratio, nisi quod vt in principio huius capituli narratur post perfectas fabricas ac per hoc post datas istas vibes (datæ enim fuerunt perfectæ domibus dei & regis) diuina apparatio insinuat Salomonem & exauditi à deo & ambulare adhuc regere coram eo.

Et egressus est Chiram de Tyro ut videret ciuitates quas ei dederat Salomo: & non placuerunt in oculis eius. Et ait, quid sunt ciuitates istæ quas dedisti mihi frater mihi? & appellauit eas terræ Chabul usq; ad diem hanc. Quod hebraice sonat Carcerem: forte quia tanquam carceres erant oppida illa. Autem autem lingua Phœnicum sonare displicentia: displicerat enim regi Tyri terra illa. Misit quoque Chiram ad regem, centum & viginti taleta auri. Quantitas auri suprascripti modo explicabitur. Et hoc est signum quod adhuc Salomon nō miserat classem in Ophir pro auro: si enim ante. 24. regni sui annum navigatione illa vius fuisset, non egisset auro regis Tyri nec dederit ciuitates illas.

Hec est summa expensæ quam obiulit Salomon. Iuxta Hebrewum habetur. Et haec res tributi quod fecit ascendere rex Salomo. Causa augendi tributa (hoc est sensus, vestigalia, & similia quæ tribuntur à subditis pro bono publico) narratur & explicatur subiungendo. ad ædificandum domum domini & domum suam. Ita quod pronomen haec demonstrat ædificationem templi, domus regie & reliquorum multorum valde quæ subiunguntur. & millo. Superius diximus significari nomine millo locum plenum, ad differentiam vacui adiacentis quod vorago quedam dicitur. Quid ædifici autem ibidem fecerit Salomon, nescimus. nam David ædificauit in circumitu & intrinsecus millo: ut scribitur. 2. reg. 5.

TERTII REG.

& murum Ierusalaim; & Chazor & Megiddo & Gherzer. Paro rex Aegypti ascendit & cepit Gherzer & succendit eam igne, & Chenahaneum qui habitabat in cinitate interfecit: & dedit eam in donum. Iuxta Hebraeum habetur: munera filia sue uxori Selomoni. Sed non est vis in hoc facienda, siue in munus siue in doce intelligamus. Adificauitq; Selomo Gherzer & Beth'choron inferiorem. Et Bahalath & Thamor in desertò in terra. Proseguitur litera adificia propter quæ autem est tributum: intercepita enim fuerat narratio eorum in serendo unde Salomon haberat Gherzer, videlicet à Pharaone ratione uxoris. Et omnes viros qui ad eum pertinebant, & erant absque muro manuissit luxa Hebraeum habetur. Et omnes ciuitates thesaurorum qui Selomoni. Nec aliud hic scribitur: sed inter alia adificia supputantur ciuitates thesaurorum quos habebat Salomon: hoc est in quibus recondita erant opportuna ad victimum & bellum. & ciuitates curuum & ciuitates equitum, & quicquid ei placuit adificare in Ierusalaim & in Iebanon & in tota terra ditionis sua.

Totum populu qui remanserat de Aemoreis, Chittaeis, Perizet, Chiuvicis & Iebuseis, qui non erant de filiis Israel. Filios corum qui remanserant post eos in terra quos non potuerant filii Israel delkre fecit Selomo tributarios. Iuxta Hebraeum habetur ad tributum seruitus usque ad diem hanc. Quæstio oritur an Salomon egredit contra præceptum diuinum scriptum nu. 33. de exterminandis nationibus istis. Solutio est quod Salomon non peccauit in hoc: tum quia Daud pater eius sanctus non exterminauerat eos, qui tamen usq; ad euphratem dominatus fuerat. tum quia interpretati sunt diuinum præceptum intellegendum fuisse pro tempore quo in periculum Israëlitarum relinquebantur iste nationes: quoniam manifeste ratio legis illius est hæc: eleuato autem Israele in regnum tam celsum potens & extensum, putauerunt non esse locum illi legi, en quod cessaret ratio legis. Et ad differentiam nationum quæ similes citer soluebant tributum (quas etiam tributarias absolute dicimus) adiungitur seruitus: ut intelligamus hoc adiunxit se Salomonem quod subiecerit eas tributo seruorum, ut non tanquam liberi, sed tanquam servi contribuerent. Et huc esse literalem sententiam, insinuant subiuncta tāquā ē regione quod de filiis Israel non fecit Salomon aliquem seruum in servilia itaque opera rededit nationes illas, à quibus seruilibus operibus exceptis Israëlitas. Accedit ad excusandum Salomonem

&

CAPVT X.

239

& Davidem ratio periculi Israelis. si enim David occidisset Pelisthaeos omnes &c. cum magna multitudo Iudeorū esset iam captiuata sub diversis nationibus, interficti fuissent Iudei omnes captivi: & ad euitandum cladem ipsorum Iudeorum interpretati sunt divinam legem non esse seruandam quo ad hoc: ita quod mutata conditio Iudeorum (quāuis ex propria culpa) excusabat reges. Dico autem ex propria culpa populi: quia ex peccatis populi factum est ut non essent semper victores, sicut fuerant tempore Mosis & Iosuæ. si enim perseverassent victores, poterant & debebant delere omnes nationes quas deus iussaret deleri. De filiis autem Israel non posuit Salomon seruum: sed erant viri bellatores & ministri eius. Hebraice habetur. & serui eius, sed seruitus pro ministerio sumitur: iam enim dictum est quod nullus Israëlitus erat seruus. & principes & duces eius, & principes curruum & equitum eius. Ipsi sunt principes prefectorum qui erāt super opus Selomoni, quingeni & quinquaginta: praesidentes populo qui faciebat opus.

Filia autem Paronis ascendit de ciuitate David in domum suam quam adificauerat ei Selomo: tunc adificauit millo. Quare expectauerit ab hisce filia Pharaonis ex ciuitate Davidis ad adificandum millo, non est scriptum. Offerebatque Selomo tribus vicibus in anno holocausta & pacifica super altare quod adificauerat domino, & adolebat thymiana coram domino. videlicet in paschate, pentecoste & festo tabernaculorum, quibus præcepto legis tenebatur quilibet apparere coram deo. & perfecta est domus.

Nauem quoque fecit rex Selomo in Hermonzheber quæ est iuxta Eloth in litore marii rubri in terra Edom. Misitq; Chiram in nauim illa seruos suis viros nautas gnatos marii, cum seruis Salomonis. Et venerunt in Ophir, & tulerunt inde aurum, quadringenta & virginis talenta: & adduxerunt ad regem Salomonem. De nominibus propriis quæ hic scribuntur, reddere certam rationem nescio: hoc tamen certum est quod Salomonis tum scientiam prouidentiae attestatur constructio & missio nauis in Ophir pro auto.

CAPVT X.

Reginaq; Saba. Legendum esset. Saba. Nomen est proprium regionis. audita fama Selomoni in nomine domini, venit. Iuxta Hebraeum intercedit coiunctio: nam post in nomine domini subiungitur. & venit. propter quam coniunctionem insinuat quod dictiones

nes in nomine domini, cum præcedenti clausula iunguntur; ita quod faciens est punctus post diætiones in nomine domini. Et est sensus quod audiuimus famam Salomonis in nomine Iehouah: ita quod ipsa fama Salomonis deferebat secum nomen summi Dei, vt à quo largitum esset Salomoni tatum sapientiae donum. diuulgatū siquidem significatur quod non humana disciplina nō humano studio, sed diuino dono habebat Salomon tantam sapientiam, ut tentaret eū in anagmatibus, hoc est in questionibus difficultibus.

Et ingressa est Ierusalem cum comitatu multo & dinitiis. Iuxta hebreum habetur. cum fortitudine graui valde, hoc est cum armato comitatu non qualicunq; sed valde graui, qualis decebat reginam peregrinatam. camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis. Legendum est. & autum multum valde et lapides preciosos. pro sumptu & muneribus &c. venitque ad regem Salomonem. Nō dicitur quod venerit ad templū Dei aut quod venerit ad oratōrum Deum, sed quod venit ad regem Salomonē. & locuta est ei omnia que habebat in corde suo. Et docuit eā Salomon omnia verba que proposuerat. Parui refert quod hebreice habetur. Et indicauit ei Salomo omnia verba eius. Solutio questionum significatur. non fuit verbum quod regem latere posset & non responderet ei. Legendum est. latens regem quod non indicauerit ei. nihilq; dicitur de posse.

Viditq; regina Seba totam sapientiam Salomonis, & domū quam adiscuerat. Et cibos mensē eius et habitacula seruorū eius, & ordinē ministrantium. Potius significatur. & assistētiam ministrorum eius. In qua clauditur ordo: quoniam assistentia erat nō confusa, sed ordinata. & vestimenta eorum, & pincernas eius, et holocausta que offerebat in domo domini. Scito prudēs lector nec hebreos cōcordare in hac litera. hebraice enim scribitur. & ascensum eius quo (seu quem) ascendet domus Iehouah. Sic iactitia hebreo: vobis anceps remanet tā casus relatiū quo vel quem, quā casus domus an accusatiū an genitiū casus sit. Quod vt plenius intelligas, hebraico idiomate holocaustum ab aicensu significantur. & propterea diversitas hic nō itur sensuum an sensus sit: & aīcēsum hoc est holocaustum eius, quē ascētum, id est p̄ holoc. nū ascender, hoc est super altare perseueranter offeret domi Iehouah. an de corporali per gradus ascensu quo ascēdebat Salomon in templū Dei sit sermo. Elige quod malueris. & non erat in ea ultra spiritus. Dixitq; ad regem; verus fuit.

fuit sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis & super sapientiā tua. Et non credidi verbis donec veni & viderūt oculi mei, & ecce non fuit nūnciatū mihi dimidiū: maior est sapientia tua & operatua, lūcta Hebreum habetur. & bonum quā fama quam audiui sub duobus enim (sapientia & bono) comprehendit omnīa. Beati viri tui, beati servi tui isti: qui stant corā te semper, audiētes sapientiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, qui complacuit in te ad ponendum te super solium Israel: eo quod dilexerit dominus Israel in sempiternum. Res perpetuae factae à Salomone, ad perpetuū bonum Israel significantur. & posuit te regem ut faceres iudicium & iustitiam.

Deditq; regi cūnū & viginti talenta aurii & aromata multa valde & lapides preciosos: non sunt allata aromata sicut ista adhuc in multitudine qua dedit regina Seba regi Salomon. Accumulando dicitur adhuc in multitudine commendatur enim singularitas seu bonitas atomatum & secundum se & etiam quo ad multitudinē. Sed et classis Chiram qua portauit aurum de Ophir. Breuitatis causa omittitur cointellectus Salomon. est enim ferino de classe Hirā & Salomonis: vt suppletur in. 2. parali. cap. 9. attulit ex Ophir ligna tina multa valde. Multi hebrei & latini intelligunt significari coralia: mira autē magnitudinis erat, si coralia erant. Et habetur in hebreo ligna coraliorum, non vniqua dictio quā interpretatur coralia. coralium enim species est lapidis extractum ex aquis, quāvis sub aquis speciem habeat ligni tāquā fruticis. efficit natura vt arbor sub aquis, durefaciat in lapide extracta ad aerem: & propterea rtrunque hebraica litera sonat, dicendo ligna coraliorū. & lapides preciosos. Fecitq; rex de lignis tini fultra domus domini & domus regie. Nō est perspicuum ad quā fulcienda facta sint hāc fulcrā tam in domo domini quam in domo regis. & citharas lyrasq; cantoris. Si toralia intelligimus, mirum est quod ex eis citharae & lyrae confecte sint: quia tamen videmus hodie ex alabastro fieri cannas instrumenti musici quod vulgo appellatur organum, nō est incredibile ex coralīis construēt as lyras & citharas fuisse non sunt allata talia ligna tina, neque visa usque in presentem diem.

Rex autem Salomo dedit regina Seba omnia que voluit & petivit, exceptis iis que ultro obculrat ē munere regio. Iuxta Heb. habetur. præter ea qua dedit ei sicut manu regis Salomonis. hoc est sicut decebat manum talis regis qualis erat Salomon. qua reuersa est & abiit in terram suam cum seruis suis.

TERTII REG.

Rat autem pondus auri quod obueniebat Selomoni per singulos annos, sexcentorum & sexaginta sex talentorum auri. Hebraica dictio nomen ponderis cuiusdam est: sed an talenti an aliquius alterius, ignotum nobis est. Excepto et quod offerebat viri qui super vestigia erant. Iuxta Hebreum habetur. Absque a viis negotiatoribus, hoc est absque auro quod a viis negotiatoribus dabatur regi. Et significantur negotiatores non quicunque, sed magni dictione hebraica. Sed quod titulus hoc aurum debebat Salomonis, non dicitur; sed ex eo quod negotiatio sola explicatur, non comprehendendi inter prouentus ex vestigibus insinuat. nam prouetus vestigialium continetur sub supputatis sexcentis & sexaginta sex talentis auri. Duo restat hic ambigua. alterum de qua negotiatio est sermo. alterum quo titulus debebat hoc Salomonis: turpe enim videretur quod Salomon mercaturam per negotiatores exerceret. & negotiatores uniuersisq; scuta vendentes, luxa hebreum habetur. & a negociaitione aromatarioru. Ita iacet in hebreo. Intelligo quod quemadmodum Salomon misit in Ophir pro auro, ita mittebat ad insulas aromatum: puta Tapiro banam, Callicot &c. quemadmodum Sultanus Aegypti faciebat atque nostra, & modo facit rex Portugalliae. Et haec appellatur negotiatio aromatariorum. sumptu enim regio opus erat ad vehendum aromata ex tam longinqua regione, & inde lucru Salomonis obueniebat: & propterea aurum hoc eriam excipitur. Et quia simul connumerantur praedicti negotiatores magni, putandum est aliquid simile in alia materia fuisse, vnde Salomonis augebatur aurum a magnis mercatoribus. Et bene nota quod non dicit absq; negotiacione aromatum, sed aromatariorum, ne intelligeres regem negotiatores aromatum, sed mercatores erant aromatarii, quibus commoditatem negotiacionis rex praebebat. & omnes reges Heret ducuntque terrae. Ab auro sexcentorum talentorum &c. excipitur triplex prouentus auri: videlicet ex mercatoribus magnis, ex mercatura aromatariorum, & ex munieribus regum Arabiae & ducum terrae.

Fecit quoque rex Selomo ducenta scuta de auro purissimo. Iuxta Hebreum habetur. de auro traclo. hoc est extenso malleis. sexcentos auri sculos dedit in lamina scuti unus. Iuxta Hebreum habetur. sexcentos aureos ascendere faciet super scutum unum. Ratio nabile est ut scutum intelligamus ex alia materia, opertum aurea lamina per totum. & trecentas peltas ex auro probato. Legendum

CAPVT X.

241

gendum est. Et trecentos clypeos auro traclo, scuta enim erant rotunda, clypei autem alterius figura trecentisq; minis auri unam peltam vestiebant. Legendum est. ter centum auri ascende-re faciet super clypeum unum. Nec circa scuta nec circa clypeos explicatur pondus aut mensura auri, sed numerus tantum: quia forte subintelligitur scilicet, ut prius sexcenti scili & modo trecenti scili auri supponuntur. & posuit eos rex in domo sal-tui Lebanon.

Fecit quoque rex thronum ebustheum grandem: & vestiuit eum auro suuo nimis. Iuxta Hebreum habetur. auro puro. hoc est in sua puritate qua ex minera trahitur. Sex gradus habebat thronus: & summa throni erat rotunda in parte posteriori, & due manu hinc & inde. superfluit duæ stantes sedile. Iuxta Hebreum habetur. & manus hinc & hinc ad locum sessionis. hoc est alæ sedis hinc & inde erant formatæ in figura manus. & duo leones stabant iuxta manus singulas. Iuxta hebreum habetur. & due leona stantes ad latum manuum. Statuæ duarum leonarum iubris careret, altera hinc, altera inde iuxta manus (hoc est alas sedis) stantes: hoc est elevatis capitibus stantes secundum pedes anteriores & terre inhærentes secundum partem posteriorem, complicitis posterioribus pedibus erat enim statuæ magna ita ut supereminerent duodecim leonibus qui erat in gradibus: ut pote pertingentes usque ad manus que erat alæ sedis. Et duodecim leonculi stantes ibi super sex gradus hinc & inde. Mascalii quidem significatur, non leonculi, sed leones. erat enim statuæ duodecim leonum, duæ per singulos gradus hinc & inde. non est factum tale opus in omnibus regnii.

Omniaque vasæ de quibus bibebat rex Selomo erant aurea, & tota supellebant domus saltus Lebanon de auro purissimo. Hebraicè habetur. de auro clauso. hoc est ligato: quale est aurum ex quo sunt nummi. non erat argentum. subaudi in vasis domus saltus. Et ratio subiungitur, quia argentum non fuit alienius præcii in diebus Selomonis. Quia classis regis per mare. Iuxta Hebreum habetur. Quia nauis Tharsis regi in mari cum nauis Chiram. Tharsicas habuisse naues Salomonem significatur, præter naues tyrias. semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum & dentes elephontorum. Hebraicè habetur. semel per tres annos veniebat nauis Tharsis portans aurum & argentum, elephantes & similes & pauci. Sic iacet in hebreo, reliqua addunt interpretes. Tharsis enim non significatur locus un-

Hh de por,

TERTII REG.

de portabatur hæc, sed determinat naues: perinde ac dictum fuisset nauis Tharsica, nec sit mentio dentium, sed elephantum absolute.

Et magnificatus est. Parui refert quod Hebraicè habetur. Et granduit rex Selomo præ omnibus regibus terre in diutius & sapientia. sensus enim in idem redit. Verum intellige comparationem fieri ad reges illius temporis quo ad duo, diutias videlicet & sapientiam, erant enim reges terræ alij excellentes forte in magnitudine regni. Et tota terra quarebat faciem Selomonis, ad audiendum sapientiam eius. hoc est ex omnibus terræ regionibus erant aliqui quærentes faciem Salomonis ob illius sapientiae famam, quam dederat Deus in corde eius. Nomen est Elohim. Et singulis deferebant ei munera. Iuxta Hebræum habetur. Et ipsi portantes unusquisque munus suum, vasa argentea & vasa aurea & vestes & arma & aromata, equos & mulos. Tributarij referuntur ad explicandum quid offerebant: videlicet vasa argentea &c. per annos singulos. Hebraicè habetur. res anni in annum. Ex hoc quod huiusmodi munera narrantur annua, insinuantur quod debita erant.

Congregauitque Selomo currus & cuites, & fuerunt ei mille & quadragesenti currus & duodecim millia equitum; & disposuit eos per ciuitates munitas, iuxta Hebræum habetur. & posuit eos in ciuitatibus currum. iam enim dictum est quod edificauit ciuitates currum, & cum rege in Ierusalaim. Fecitque rex ut tanta esset abundantia argenti in Ierusalaim quanta & lapidi; & cedros præbuit quasi Sycomoros que nascuntur in campesribus in multitudine. Et educebantur equi Selomonis de Aegypto & de Choa. Iuxta Hebræum habetur. Et eductio equorum qui Selomonis ex Aegypto & adunatio. Describendus cum esset modus quo Salomon habuit tam multitudinem equorum, proponitur priuum tam eductio equorum ex Aegypto quæ adunatio eorumdem. proponitur autem utraque ut per subiuncta declaranda: hic enim stylus est Hebraicus. negotiatores enim regis emebant de Choa & statuto precio perducebant. iuxta Hebræum habetur. mercatores regis accipient adunationem in precio & ascendi. Proposuit duo: videlicet eductionem & adunationem. declarat inchoando ab ultimo qualiter negotiatores Salomonis acquirebant adunationem equorum: manifestando quod augentes precium faciebant quasi monopolium equorum Aegypti, hoc enim significatur dicendo mercatores regis accipient

CAPVT XI,

242

cipient adunationem in precio: & declarando augmentum preci, subiungitur & ascendit, subaudi precium ipsum. Emebat ergo adunationem equorum: ut ipsi soli equos venales haberent, nullo alio offerente tantudem pro huiusmodi adunatione. Egressebatur autem quadriga ex Aegypto pro sexcentis argenteis, & equus pro centum & quinquaginta. Declaratur consequenter alterum propositum (videlicet eductio) manifestando precium cuiusque currus: hoc est quatuor equorum pro singulo curru. Vnde & magis explicando hoc, subiungitur precium cuiusque equi centum & quinquaginta: quod est quarta pars sexcentorum quos valet currus. atque in hunc modum cuncti reges Etheon & Syria equos venundabant. Iuxta Hebræum habetur. & sic omnibus regibus Chithim & regibus Aræ in manu sua facient exire. Totum oppositum eius quod habetur in vulgata editione significatur: videlicet quod negotiatores Salomonis sic (hoc est eme) o equorum adunationem in Aegypto faci per manu suam exire ex Aegypto equos pro omnibus regibus Chithim & pro regibus Aram. ex eo enim quod tamquam in monopolio reddiderat Aegypti equos extra hædos, cœloquens erat ut per manus eorum venderetur equi vniuersi exteris regibus indigentibus equis Aegyptiis. Et hinc habetur quod non fuit alienus Salomon ab industria mercaturæ, quævis turpis cœfatur in rege. Cœsequenter quoque ex hac mercatura insinuantur intelligendū quod nec alienus erat Salomon à supradictis mercaturis tum magnorum negotiorum tum aromatariorum. Intellige tamen negotiaciones omnes quibus immiscebat se Salomon, fuisse extra territoriū subiectum sibi ad habendum ex aliis regionibus omnia quibus opus erat: & propterea excusabilis videtur huiusmodi industria ut minus turpis censenda sit.

CAPVT XI.

Ex anno Selomo ad amavit mulieres alienigenas multas. At gutur tum quod alienigenas (hoc est disparis cultus) tum quod multas habuerit. vt rurisque enim prohibitus erat in lege Mosis: nā & regi in specie inhibetur immoderata multitudo vxorū Deu. 17. & filiā Parbonis. Nisi reprehēderet scriptura cōiugū Salomonis cū filia Pharaonis ratione affectus, nō suppudaret inter peccata Salomonis amore filii Pharaonis inchoando ab illa. Moabitas, Hammoniadas, Edomeas, Zidonias & Chitticas. De gentibus sup quibus dixit dominus

Hb q filii

TERTII REG.

filii Israhel, non ingrediemini ad eas & ipsi non ingredientur ad vestras, utpote que declinare facient cor vestrum post deos suos: in adhescit Selomo ardenter amorem. Superfluit ardenter. Fuerantque ei uxores quasi regina septingenta. Iuxta Hebreum habetur. principes septingenta & concubina trecenta. septingenta enim honorabiliter tanquam dominæ habebantur, alia autem trecenta ad solum concubitum. Et in hoc apparet libido maxima Salomonis ad stupracione enim tanta multitudo uxorum prodidit. & declinare fecerunt mulieres cor eius.

Cumque iam senex esset depravatum est cor eius per mulieres ut sequeretur deos alienos. Parui refert quod Hebraicè habetur. Et fuit in tempore senectutis Selomonis, uxores eius fecerunt inclinare cor eius post Elohim alios. Quanuis mulieres istæ iudeæ fuerint Salomoni iuueni, non tamen diuerterant eum in iuuentute ad cultum deorum, sed in senectute: paulatim enim mollitus est animus eius, crescere amore & deficiente virtute multiplicandoque obice diuinæ gratiae: nam tandem Deus dereliquit eum sibi ipsi. Et ex hoc quod scriptura narrat senectutem Salomonis, perspicuum est peruenisse eum ad senectutis atatem, & in illa vixisse aliquato tempore quo emerserunt subiuncta. & non erat cor eius perfectum cum domino Deo suo sicut cor David patris eius. Initque Selomo post Hastoreth Dcum Zidoniorum: & post Milchem abominationem Hammonitarum. Fecitque Selomo quod non placuerat coram domino. Hebraicè habetur, malum in oculi Iehouah. Ne excusabilis putaretur Salomon eo quod non credendo diis aliis, sed morem gerendo uxoribus coleret deos alienos, adiunxit scriptura quod fecit malum in oculis summi Dei, & non solum in oculis hominum: propter quod etiam premissit quod non erat cor eius perfectum cum summo Deo, quantum enim sui cordis applicauit ad colendum deos alienos, tantum detrahit a debito honore summi Dei. Et non adimpluit ut sequeretur dominum sicut David pater eius. Tunc edificauit Selomo phanum. Hebraicè habetur. excelsum Chemos abominationi Moab. proculdubio structuram idoneam ad cultum Chemos. in mente qui est contra Ierusalaim. Autem monte istum esse montem olieret: & propterea detectabilius fuisse crimen Salomonis, ut est regione ciuitatis sanctæ excelsum edificaret cum scandalo totius populi. & Molech abominationi filiorum Hammon. Atque in hunc modum fecit omnibus uxoribus suis alienigenis: qua thurificabam & immolabat deum suis. Intellige tot ex celsa

CAPVT XI.

243

celsa ædificata non quot erat uxores, sed quod erant dij caruæ multæ enim conueniebant sub eodem Deo communis eius.

Et iratus est dominus in Selomone: quod auersa esset mens eius. Hebraicè habetur. cor eius voluntas enim significatur. a domino Deo Israhel, qui apparuerat ei secundo. Hebraicè habetur. duabus vicibus. Et precepit ei super verbo hoc, ne iret post deos alienos: & non custodiret quod precepit dominus. Ad exaggerationem peccati commemoratur beneficium duarum visionum suprascriptarum. aggrauatur enim peccatum Salomonis ex eo quod non solum per legem & prophetas, sed etiam apparendo ipsi Salomoni, bis monuerat eum. Dixisse dominus Selomoni. Modus quo Deus dixit hoc Salomoni, non est scriptus: creditur item per prophetam aliquem Deum hoc dixisse. quia fuit hoc tecu, & non custodisti pactum meum & statuta mea que precepisti, scindendo scindam regnum a te, & dabo il lud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam hoc propter David patrem tuum: de manu filii tui scindam illud. Quod scissio regni fuerit ex peccato Salomonis scriptura testatur: & autem fuerit ex peccato Davidis quod dividendo agres Mephiboseth commisit, nec scriptura testatur nec scriptor cōsonat: quæ meritum Davidis citat pro obice tum ne tolleretur totum regnum a filio Salomonis, tum ne scinderetur viae Salomone. Veruntamen totum regnum non scindam: tribum unam dabo filio tuo, propter David seruum meum & propter Ierusalaim quam elegi. Secundum rem duæ tribus (Iudæ videlicet & Benjamin) seruerunt filio Salomonis: sed tribus una appellatur & hic & incestus, eo quod quanvis essent duæ secundum rem, erant tamen futuræ & de facto fuerunt sub titulo unius: appellatus est enim rex Iudæ, & non rex duarum tribuum: hic enim fuit titulus omnium successorum.

Svicit autem dominus aduersarium Selomoni, Hadad Edomæ. Poena scissionis regni differebatur exequenda in filio eius successore: ne autem viens Salomon penitus impunis evaderet, narratur punitus vexatione trium aduersariorum. de semine regio quæ erat in Edom. Superfluit qui erat: semen quidem regum regum Idumææ significatur, ne ambigeres ex quo semine regio erat iste Hadad. Cum enim esset David in Idumæa. Iuxta Hebreum habetur. Et fuit existente Danide cum Edom. Historia haec quæ commemoratur ad declarandum tēpus fugæ Hadad, non est diffuse scripta. & propterea non est

Hh iii perspi-

TERTII REG.

p̄spicuum an Dāuid tunc fuerit pr̄sens in Idumæa, an f̄gnificetur tempus quo Dāuid habebat Idumæam & bellum ḡfisit cum Idumæa rebelli. cum ascendit Ioab princeps milicie ad sepeliendum interfectos: & percūs̄t omnem masculum in Edom (Sex enim mensibus mansit ibi Ioab & totus Israhel: donec excederet omnem masculum in Edom) Fugit Hadad ipse & vires Edomei de seruus patris eius cum eo ad ingrediēdum Aegyptum: & Hadad erat puer parvus. Iunge hæc duo (videlicet quod̄d Ioab studuit ad interficiendum omnem masculum in Idumæa, & quod̄d aſcedit in Idumæam ad sepeliendum interfectos) & perpendes defecisse Idumæos à Dāuide, & interfecisse Israhelitas milites positos pro custodia Idumææ nouiter acquisitæ: & ad hos interfectos sepeliendo ascendisse Ioab, & simul occidendū omnem masculum in Idumæa in ultionem rebellionis & Israhelitarum interfectorum. tunc enim fugit Hadad &c. Et surrexerunt de Mid'ian & vencunt in Paran: tuncque viros secum de Paran, & ingressi sunt Aegyptum ad Parhōnem regem Aegypti. Etiam via describitur per quā Hadad iuit in Aegyptum, qui dedit ei domum & cibum constituit ei, & terram delegavit. Hebraice habetur, dedit ei quod̄ plus est quam delegare. Inuenitq; Hadad gratiam in oculis Parhōni valde: & dedit ei uxorem sororem uxoris sua, sororem Thachpenes reginæ. Et genuit ei soror Thachpenes Ghennubath filium eius, & ablaſtavit eum Thachpenes in medio domus Parhōni: sicutque Ghennubath in domo Parhōni in medio filiorum Parhōni.

Et Hadad audiuit in Aegypto quod̄ dormisset Dāuid cum patribus suis, & quod̄ mortuus esset Ioab princeps milicie: dixitq; Hadad ad Parhōnem, dimitte me & ibo ad terram meam. Dixitque ei Parhō, quo enim indiges tecum ut queras ire ad terram tuam: & dixit, nullo, sed dimicando dimite me. Licit mors Ioab fuerit in principio regni Salomonis, & iste Hadad paulo post petierit à Pharaone ire in Idumæam, nihil tamē moleſtia infestre potuit dominio Salomonis vtique ad senectutem Salomonis. Deus enim qui suscitasse dicitur ipsum Hadad in aduersariū Salomonis, nō prius est vltor quam homo peccet, & propriea scriptura vtrūque explicat: videlicet & quod̄ Deus eleuauit ipsum in aduersarium Salomonis postquam peccauit, & primat inimicitia radicem in ipso Hadad.

Suscitauit quoque ei Deus. Nomen est Elohim, aduersarium Rezon filium El'iadah. Alter aduersarius describitur motus à

Dec,

CAPVT XI.

244

deo p̄to quanto in p̄tem Salomonis hæc motiones erāt. qui fugerat ab Hadar'hezer rege Zobæ domino suo. Etiam istius initium recensetur: videlicet quod̄ fugerat à rege suo. Et cōgregauit contra eum viros. Legendum est & congregauit super se viros, describitur enim post ipsius fugam modus quo factus est princeps: adiunctione videlicet viorum euadētiū cladem Dāuidis. Vnde & sequitur. & factus est princeps latronum. Hebraice habetur. & fuit princeps ceteris interficiēte Dāuide illos, qui erant cum Hadar'hezer rege Zobæ, abieruntq; Damascum & habitauerunt ibi, & constituerūt eum regē in Damasco. Iuxta heb: habetur. & regnauerunt in Damasco, occupauerunt enim Damascum seu Damascenū agrum in senectute Salomonis. Fuitq; aduersarius Israheli cunctū diebus Salomonis, postquā deus suscitauit ipsum in aduersarium Salomonis: hoc est cunctis diebus quibus postea vixit Salomon, nam de p̄cedēti tempore scriptum ast superius in 4. & 5. cap. quod̄ non erat aduersarius illus, sed omnes securi sub fīciū sua dormiebāt &c. & hoc est malum Hadad & odium contra Israhel: regnauitq; in Syria. Hebraice habetur. & malum quod Hadad: & abominatus est Israhel, & regnauit super Aram. Anceps est sensus an significatur iste Rezon excitatus ad supradictū malum ab Hadad Idumæo, & subiungatur de eodem Rezon quod̄ abominatus est Israhel & regnauit in Syria: an copuletur malo Israhelis à Rezon malum quod fecit Hadad, & de eodem Hadad subiungatur quod̄ abominatus est Israhel & regnauit in Syria. erat enim de semine regum Idumææ quæ est pars Syriae. Quicquid autem significetur mali, intellige postquam deus suscitauit eos ad puniendum Salomonem.

Et Iarobhā filius Nebat Eph'rathæ de Zereda (et nomen manus eius Zeruha mulier vidua) seruus Salomonis. Tertius aduersarius Salomonis narratur. leuauit manum contra regem. Quo effectu, nō est scriptum, nescimus enim an verbis extantibus seditionem an factō aliquo leuauerit manum in regem Salomonē: sed hoc fuisse tempore senectutis Salomonis, ex antedictis habet. Et hæc est causa rebellionis aduersus cū. Hebraice habetur. Et ista res qua leuauit manū in regē. Pronomen ista demonstrat subiectas duas res, videlicet exaltationē ipsi Ierobohā & prophetiā Ahia, quid Salomo adiucauit millo. Supersuit quia: narrat enim modus quo Salomo exaltauit Ierobohā, et coequauit voraginem, iuxta Heb. habet, clausit scissurę

Hb iiiij cinctati

TERTII REG.

cinitatu David patris sui. Satius potius dubitare quam asserere scissuram clausam esse voraginem coequatā monti. Erat autem Iarobham vir fortis & potens. Hebraice habetur potens fortitudine. nec alia potestia narratur. vidensque Selomo adolescentem bone indolis & industrium. Hebraice habetur. & vidit Selomo puerū quod faciens opera ipse. Ne oīliuiscaris quod hebraice etiam iuvenes appellantur pueri. Commendatus autem quod erat factor operum: quod est magnalans, ad differentiam tum eorum qui non valent nisi ad loquendum, tum eorum qui nesciunt efficaciter superintendere operariis, tum pigrorum atque tardorum. constituerat eum praefectum super tribu. Hebraice habetur. & praefectus eum omni oneri domus Ioseph. Ex praefecto fabrica emerit praefectus oneribus universis domus Ioseph, continentis tribus Egh'raim & Menassis. Et est sermo de oneribus publicis quae decreto regio imposita erat. Hæc exaltatio est prima res qua fuit occasio eleuandi animum Ieroboam procedente tempore aduersus Salomonem, quanuis ingratissime. Altera vero occasio subiungitur prophetiae Ahiæ: quæ satis clare scribitur.

Et fuit in tempore illo, Iarobham egressus est de Ierusalaim, inveniente eum Ach'ia Silonites propheta in via, operitus pallio nono, & erat ambo soli in agro. Apprehenditque Ach'ia pallium nouum quo operatus erat. & scidit illud in duodecim scissuras. Atque ad Iarobham, sole tibi decē scissuras: sic enim dixit dominus deus Israel, ecce ego scindo regnum de manu Salomonis & dabo tibi decē tribus. Et tribus una erit ei: propter scrum meum David, & propter Ierusalaim cuius: atque quæ elegi ex omnibus tribubus Israel. Eo quod dereliquerit me ex adorauerit Asforhem Deæ Sidoniorū et Chamos Deum Moab & Moloch Deum filiorum Hammon, & non ambulauerit. Interpres transtulit in numero singulari verba prophetæ, quæ hebraice habentur in numero plurali. Eo quod dereliquerunt me, & adorauerunt Hasshoroth Deum Zidoniorū, Chemos Deum Moab, & Milchom Deum filiorum Hammon: & nō ierunt in viis meis ad faciendū rectum in oculis meis et statuta mea & iudicia mea sicut David pater eius. proculdubio Salomonis accusat siquidē propheta nō Salomonem solum, sed alios cum eo participes peccati idolatriæ: & manifestat quod pri pter peccatum Salomonum extēsum ad alios, scindet deus regnum eius. & non tollam totum regnum de manu eius: sed ducem ponam eum omnibus diebus vita eius, propter David scrum mihi quæ elegi

CAPVT XI.

245

qui custodivit præcepta mea & statuta mea. Tollam autem regnum de manu filii eius, & dabo ipsum tibi, decem tribus. Filio autem eius dabo tribum unam: ut remaneat lucerna David seruo meo omnibus diebus coram me in Ierusalaim civitate quam elegi mihi ad pondē dum nomen meum ibi. Successio in regno Iudeæ ex stirpe Davidis, assimilatur lucerna in Ierusalem perseveranti, quia erat velut quoddam residuum lucis Davidis splendens in Ierusalaim. Te autem assumam, & regnabis in omnibus quæ desiderabis anima tua: erisque rex super Israhel. Si ergo audieris omnia quæ præcipiam tibi & ambulauerit in viis meis & feceris quod rectum est in oculis meis custodiendo statuta mea & præcepta mea sicut fecit David seruus meus: ero tecum & adificabo tibi domum fidem. Hebraice habetur, domum firmam sicut adificauit David, & dabo tibi Israhel. Et sumitur domus pro successione filiorum in regno: sic enim deus stabiluit domum Davidi. Et affligam semen Davidi super hoc: veruntamen non cuncti diebus. Afflictio ieminis Davidis secura est manifeste scissa regno tempore filii Salomonis: hæc autem subiuncta redintegratio, ad literam adiuncta estne Ierobham intelligeret dici à propheta quod si ambulauerit recte, coram deo adificabit illi deus domum quemadmodum adificauit Davidi quo ad perpetuitatem: excipit enim perpetuitatem propheta promittendo recte agenti domum firmam sicut domum Davidis, declarando siquidē quod ista afflictio seminis Davidis per scissionem regni nō durabit diebus omnibus, manifestat & successio domus Ierobham in regno Israhel quantuncunq; bene egerit nō erit perpetua: quod est dicere quia domus Davidis redintegrabitur in regno. Quod ad literam verificatur de mesia ex semine Davidis: ipse enim rex totius Israhel expectabatur. Et quanvis mesi s fuerit ratio huius limitationis nō cunctis diebus, propheta tamen non fuisse reuelatam causam huius limitationis nullum incertum est. reuelat enim deus quan- doque rem futuram non reuelando rationem illius.

Volut ergo Salomon. Hebraice habet. Et quæ fuit Selomo interficere Iarobham. Post istas duas res (videlicet exaltationem & prophetiam) existente iam Salomone sene Ierobham leuavit manus in regem: & ppter Salomō quæ fuit interficere eum, surrexitq; Iarobham & fugit in Aegyptum ad Sisan regem Aegypti, & fuit in Aegypto usque ad mortem Salomonis. Ad differentiam Pharaonis socii Salomonis, nominatur Sisan rex Aegypti.

Reliquum

TERTII REG.

REligum autem verborum Selomonis & omnia que fecit & sapientia eius; nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum Selomonis? Superfluit dierum. Quis autem sit iste liber necatur; sed author scripsit sic quia tunc extabant libri verborum Salomonis; qui scilicet continebant & sapientia & gesta Salomonis. nihil enim horum habemus nisi pauculas parabolas cum disputatione ecclesiastis & canitis. Dies autem quibus regnauit Salomon in Ierusalem super totum Israel, fuerunt quadraginta anni. Iunge numerum hunc annorum regni Salomonis cum supra scripto tempore sene. Autem eiusdem: & perpendes Salomonem non fuisse etatis puerilis quando incepit regnare, sed fuisse etatis tantae ut illud tempus lunatum quadraginta annis constitueret tempus sene. Nec autoritas Iosephi temoueat; quoniam manifeste conuincitur ex scriptura falsum scribere de tepte mortis Abraham, videlicet quod ipse mortuo Ishac duxit uxorem: cum constet ex scriptura Abraham vixisse annos trintaque quinque post nuptias Ishac & Rebekae. & multo magis licuit ei hic fingere, ubi multe fabellae inseruntur. Et hoc aduersus meam institutionem neminem arguedi tacuisse, nisi vtilem admodum credidisse studiosis sacre scripturæ cautelam ab authoritate Iosephi. Dormiuit; Salomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate David patris sui: & regnauit Rechabham filius eius pro eo.

CAPVT XII.

Vit autem Rechabham in Sechem: quia in Sechem reserat totus Israel ad constitendum eum regem. Larobham vero filius Nebat (cum adhuc esset in Aegypto profugus a facie Selomonis regis) auditam mortem eius reuersus est de Aegypto. Miserrimq; & vocauerunt eum. Tanquam parenthesis legenda est haec missio facta a suis ut reuerteretur. venitq; Larobham & tota congregatio Israel: & locuti sunt ad Rechabham dicendo. Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, proculdubio onerum, itaque imminue nunc paululum de imperio patris tui durissimo et de iugo grauissimo quod imposuit nobis. Iuxta Heb. Habetur. & tu nunc alleluia de seruitute patris tui dura & de iugo eius graui quod posuit super nos & seruimus tibi. Quanuis Salomon nullum Iraelitam prefficeret seruilibus operibus aut oneribus (ut superscriptum est) tantum tamen oneris eis imposuit in vestigibus & huiusmodi subsidiis ut huiusmodi onus appelletur servitus dura graueq; iugum. Veritati autem inniti querelam

hanc

CAPVT XII.

246

Hanc, testatur superscripta quod Salomon auxit tributa etiam magnitudine prouentuum superscripta. Et dixit eis, ite usque ad tertium diem & reuertimini ad me: & abiit populus.

In istis consilium rex Rechabham cum seribus qui steterant coram Selomone patre eius cum viueret, dicendo: quomodo vos consilium reddendum esse populo huic regnum? Qui dixerunt ei: si hodie fuerit seruus populo huic et seruus eis, respondensque eis et locutus fuerit ad eos verba bona, erunt tibi serui omnibus diebus. Qui dereliquerunt consilium seruum quod consuluerant eis: et consuluit, adolescentes. Hebraice habetur. pueros, non absolute, sed relative ad assistentes coram patre eius: erant enim iuuenes qui creuerant cum eo, qui iam erat quadragenarius, qui creuerat cum eo & assistebant illi. Scribitur hoc ut intelligamus nouos assistentes consilio regio assumptile Roboham iuuenes. Dixitque ad eos: quid vos consulitis, & respondebimus populo huic qui locutus est ad me dicendo, alienia iugum quod posuit pater tunc super nos? Et locuti sunt ad eum pueri qui creuerant cum eo dicendo: sic dices populo huic qui locutus est ad te dicendo, pater tunc aggrauauit iugum nostrum & tu alienia nos, sic loqueris ad eos, parvus dignus meus maior est dorso patris mei. Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum: pater meus castigauit vos flagellis, ego autem castigabo vos scorpionibus. Asperius instrumentum ad verberandum significatur, quod dicitur habere in summitate virgarum plumbeas vel ferreas glandes.

Venitque Larobham & totus populus ad Rechabham die tertio: sicut locutus fuerat rex dicendo, reuertimini ad me die tertio. Respondique rex populo dura: & reliqui consilium seruum quod consuluerant eis. Et locutus est ad eos secundum consilium puerorum dicendo: pater meus aggrauauit iugum vestrum: ego autem addam iugo vestro, pater meus castigauit vos flagellis: ego autem castigabo vos scorpionibus. Et non acquisuit rex populo: quia auersatus fuerat eum dominus. Hebraice habetur. quia fuit circumuentio a cum Iehouah. Tanquam circumuentus fuit Roboham non morem gerendo populo. deus enim ad firmandum verbum suum quod dixerat per prophetam de scissione regni, ad instar circumuentientis eum se gessit: dimittendo eum propriæ superbiae (cui consonabant consilia iuuenum) & non dando ei tantum lumen ut sequeretur consilia seruum. Huiusmodi autem circumuentio profecta significatur a cum Iehouah, hoc est a sententia colona summo deo. Quanuis intelligi possit q; huiusmodi circumuentio

Circumuentio fuerit abductiva ab esse cum Iehouah; præser-tim quod dictio interpretata circumuentio non propriè signi-ficat circumventionem, sed sonat (si dici licet) gyratione ac per hoc amotionem ab esse cù summo Deo. Ut fuisse videntur. Legendum esset. ut firmaret verbum suum quod locutus fuerat do-minus in manu Ach'ie Silonite ad Iarobham filium Nebat. nam sic habetur Hebraice.

Vidique totus Israël quod non exaudiuit eos rex: & respondit populus ad regem dicendo, qua nobis pars in Dauide, vel que ha-reditas. Legendum est. & nō hereditas in filio Iſai, hoc est quæ nobis vtilitas in domo Dauidis regnante: & nulla est nobis charta æstimanda ex filio Iſai, hereditas enim pro re valde æstimanda ponitur, & pars nobis pro re vtili nobis. nam quo ad electionem ipsi manifeste habebant partem in Da-uide, quia elegerant eum in regem: sed vtilitatem negabant propter magna onera illi: imposita, & diuitias Ierusalem & Iude, tanquam regnum Dauidis fuerit vtile ac charum non Israeli, sed habitantibus in tuta. Et quo ad vtrunque ingra-tius Dauidi populus falsum dicebat: quoniam etiam ipsis testi-ibus magna eis vtilitas è Dauide, & valde æstimada quieta possestio propriæ hereditatis cum communī pace ac liber-tate ab hostiis ex filio Iſai secuta fuerat. ad ieroria tua Israël, nunc vide domum tuam Dauid. Irridentis verba sunt, monstran-do domū Dauidis priuatam successione regni Israël. & abiit Israël in tentoria sua. Super filios autem Israël qui habitabant in ciuitatibus Iehude, regnauit Rechabbä. Misitq; rex Rechabbam Adoram qui erat super tributum, & lapidauit eum totus Israël la-pidibus & mortuus est. Ad placandum populum blandis verbis missus creditur: sed furor populi exarsit in eum qui erat su-per tributa eis exosa.. porro rex Rechabbä festinus ascendit cur-vum, ad fugiendum in Ierusalaim. Et rebellauit Israël contra domum David, vñque in presentem diem.

Et fuit cum audisset totus Israël quod reversus esset Iarobham, miserunt & vocauerunt eum ad congregationem, & constituerunt eum regem super totum Israël. Quanuis Ierobham fuerit cum Israelitis aliis in Sichem cum defecerunt à rege Robo-ham: quia tamen tumultuarie inde recesserunt, congregato postea eorum cum iam diuulgatum esset per vniuersum Isra-elem quod reversus esset Ierobham, vocauerunt eum & ele-gerunt in regē: utpote inimicū Salomonis, & virum tanti

animi

animi ut etiam vivente Salomone opposuerit se illi. Et sic im-pleta est propheta non solum Ahia de ipso Ierobham, sed etiā Iacob de Ephraim prælato menaīsi. fuit enim Ephraim electus à populo Israel & à Deo rex primus post scissionem regni, lōge præstans Abimelech filio Gedeonis de tribu me-naīsi: qui nec à Deo nec ab Israele, sed à Sechemitis olim fuerat factus rex, cum tam enormi fratricidio, ut scribitur iudic. cap. 9. non fuit post domum David nisi tribus Iehuda sola, Venit autem Rechabbam in Ierusalaim, & cōgregauit totam domum Iehude & tribum Bin'iamin, centum & octoginta milia electorum pugnatorum. Lüge hæc verba cum verbis superioris linea (vi-delicit nisi tribus Iudea sola) & perpende quod diximus: vi-delicit sub titulo iudea duas tribus contineri; immo & multi-tudinem quoque magnam ex aliis tribibus habitantem in territorio Iudea & Ben'iamin. & propterea præmissum est quod Roboham regnauit super filios Israël habitantes in ci-vitatibus Iudea. ut pugnarent cum domo Israël ad reducendum re-gnum Rechabbam filio Selomonis.

Factus est autem sermo Dei ad Sema'iam virum Dei dicendo. Vtcbique est nomen Elohim, iudicantis & gubernādis. Dic ad Rechabbam filium Selomonis regem Iehude, & ad totam domū Iehude & Bin'iamin & residuum populi dicendo. Sic dixit domi-nus: non ascenderis nec pugnabis cum fratribus vestris filiis Israël, reuertimini vñusquisque in domum suam, à me enim factum est ver bum hoc. Legendum est, fuit res ista, proculdubio scissio regni, audieruntque sermonē domini, & reserpsi sunt de itinere iuxta ver-bum domini. Intellige de itinere inchoando: erant enim dun-taxat adunati. Mirum valde est quod simplici verbo viri san-ctæ opinionis paruerint rex & exercitus in tanto negocio, vere appetat in hoc quod deus in cordibus eorum operatus est retractionem à bello.

AEdificauit autē Iarobham Sechem in monte Ephraim & ba-bitauit in eagegressusq; est inde & adificauit Penuel. Tā Pe-nuel quām Sechem nomina sunt propria locorum, quæ æ-dificio mutorum munivit Ierobham.

Dixique Iarobham in corde suo: nunc reuertetur regnum ad do-mum Dauid. Si ascenderit populus iste ad faciem domini sacrificia in domo domini in Ierusalaim, reuertetur cor populi huius ad dominū suum, ad Rechabbam regem Iehude; interficienq; me, & reuertentur ad Rechabbam regem Iehude. Cern euentum contrarium humano